Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Vere in deo meo eripiar cum Deus meus talis est cum
polluta via eius michi enim immundi precipit lex enim dom
immaculata est et eloqua sua sunt purissima et splen
dida ut argentum igne examinatum et plenus pietate cum
protector est omnium sperantium in se

Propheta contra paganorum insaniam qui sibi deos nisi
phsaria †ipsitate finxerunt dicit bene dixi deus meus

Quoniam quis deus preter dominum tui excebito secu
mus aut quis deus prter deum nrm quem iustissime
adoramus et colimus quasi diceret/nullus/ quia alij sunt
dy falsi sicut ydola gentium

Et ipse est Deus qui primo armauit me et prepeit
uirtute ut fortis sim ad pugnandum contra dyabolum
siue ad aggrediendum ardua et posuit immaculatam viam
meam / sine sorde peti

Videtur vox xpisti

Et ipse deus est qui pfecit effectus meos directos in
via dei agiles et veloces tamquam cervorum adtrisilienda
sine lesione huius seculi impedimenta vmbrosa et spinosa
et collocauit et fixit in celo cordis mei intencionem et
desiderium

Et ipse est qui me tantum ab imminentibus insidys et
prudentem in expugnacone dyaboli fecit et posuisti ut
arcum eneum brachia mea dando michi inflexibilem con
stanciam ad bene opandum

Et protexisti me ad salutem qua fortitudo mea
parum pdesset nisi pterea tua adesset et potencia dui
nitatis tue humanitatem meam assumptam in eterna
maiestate constituisti

Disciplina tua prima qua quos diligis corripis correxit

† falsitate